

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXXVII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

tyr. cornibus armatur in Æthiopia: Solipedes Illyria alit, & Anglia; mutos Macedonia. *Ælian.* Cerebrum sui pingue, decrefcente Luna demitur, auriculæ humore fellino fimili feotent. Surfum dum afpicit, filer; nam & infueta perfunditur luce pronitati affueta & anguftia quadam afpera arteria compreffa vocem retinet. *Aphrodif.* Pinguis interdum ad miraculum. Miffæ L. Volumio in Hifpania duæ in offula coftæ, XXI II, pondo pendebant, ad os à cute pes cum tribus numeratus digitis: *Plinius.* Quingentis feptuaginta totum conftitiffe libris, *Crefcentienfis* author eft. Vifus in Arcadia, in cujus exefa carne, nidus forici, muribus partus erat. Idem *Bafileæ* accidit *Gefnero* teffe. Scilicet, Eft quibusdam animalibus fine fenfu pinguedo & L. *Apronii* Conf. filio detractòs adipēs, levatumque corpus, immobili onere apud *Plinium* legimus. Quantum ad *Venerem*, fæpius fectæ domesticæ, raro agreftes. Suppetit enim alimentum illis, nec multum laborant: inquirunt hæ, & per montes vagando, moleftia afficiuntur. *Plutarch.* Vtræque ita coitu perfunduntur, ut obdormifcant, & fubantes ita efferantur ut accedentes lanient. Glandes fi avidius comederint, authore *Aristotele*, abortiunt. Amicitia illis cum *Crocodilo*, inoffenfi ad *Nili* ripam obambulant. *Calcagn.* Hoftilitas cum quodam hordei in *Thracia* genere: non tantum enim eo abftinent, fed & excrementa averfantur ex eo. *Ariſt. in admirand.* Familiaris eis morbus grando eft & vix ulla cui non triagrana. Remedium famolum, herbam in humidis nascentem, nominavere *Dryudæ*: fed quia finiftra manu legere jubent, nec refpicere legentem, nec alibi, quam in canali deponere & contere poturis, fuperftitio eft.

CAPUT XXXVIII.
DE TALPA,

Magna *Talparum* in *Bæotia* agro *Orchomenio* copia. *Ariſt.* in *Lebadico* vicino nullæ funt, neque

que aliunde importatæ infodiunt. Visum illis deest scribit *Aristot.* at Gesnero liquido apparent oculi. *Præminent*, inquit, *extra cutim veluti puncta nigra, magnitudine seminis milii, vel papaveris, nervo affixa.* Quin & doctus quidam apud *Gesnerum* vir, in dissecta ferus aliquot se reperisse narrat, majusculis capitibus, in quibus etiam oculi. Delectantur bufonibus, & proprio exemplo testatur *Albertus*: sed ranas etiam bufonesque talpam edere mortuam, idem expertus est. In fistula lachrymali pulvere talpæ ustæ in potu dato, curatus est *Iohannes à Verlin Consul Gedanensis.*

CAPUT XXXIX.

DE TATO & TIGRIDE.

Tatus quadrupes peregrina. Duro munita est cortice, squammataque testa, ita ut facile caro ejus exiri possit. Vidimus eam primo *Andreapoli Scotorum, urbis archiepiscopali, antiquissima Academia insigni, in Pinacotheca nobilis & humanissimi viri Domini Iohannis Arneti Commissariatus in Archiepiscopatu Fani Andreae Protonotarii, hospitis nostri.* Quia vero se intra testam retrahit, Erinacei Brasiliensis species existimatur. cognatū ei illud, quod in nova Hispania *Avitochli* dicitur, felis magnitudine, anatis rostro, pedibus Ericii, collo longo; grunire referunt ut suem. De *Tigride* pauca habeo quæ dicam, nisi historiam *Petri Martyri* adjicere velim, de quodam in *Dariæne* novi orbis insula. Inestabat totam viciniam homicidiis adeo, ut nemo extra domum tutus; serobi post effossæ illapsus, sudibus acutè in fundo fixis hæsit; tam adhuc validus, ut in mille frustra hastas desuper injectas confringeret. Saxis tamen post interemptus est. Caro cocta, aliquid de ea se comedisse *Ledesma Hispanus* dixit, bovina nihil deteriorem fassus. Alias celeritas illi insignis inest, ut *Zephyro* comparetur ab *Oppiano.*